Die digitale Landesbibliothek Oberösterreich

oö landes bibliothek

Terms and Conditions

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

Imprint:
Director: Mag. Renate Plöchl
Deputy director: Mag. Julian Sagmeister
Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek
Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

Contact:
Email: landesbibliothek(at)ooe.gv.at
Telephone: +43(732) 7720-53100

quoꝝ̄ et tributarij facti ſunt· ambulantes iuxta ritus ſuos· et velut
oues abſqꝫ paſtore·ſic ip̄i abſqꝫ iugo·et extra obedientiam eccleſie ſancte
Romane poſiti errant· Sunt autem eorum nouem differentie· Nam
quidam ſunt greci·de quibus mox dicetur· Alij autem dicuntur Su=
riani· alij Jacobite ſiue Jacobini·alij Maronite· alij Neſtoriani·
alij armeni·alij georgiani·alij abbaſini ſiue indiani· Vltimo ſunt etiā
ibi latini qūidam ſed ꝑpauci·qui et ſoli ex omibus hijs veri ſūnt xp̄ia
ni·cōuerſationem habentes bonā et honeſtam inter gentes· ac in medio
nationis praue et peruerſe lucentes velut luminaria in mundo· eccle=
ſie ſancte romane per omnia et in omnibus obedientes· vt in fine pate=
bit· Alie vero omnes memorate iam nationes·habūdant vnaqueqꝫ in
veteri ſuo ritu et more·viuentes abſqꝫ regūla eccleſiaſtice diſcipline·
Hee autem dicte nationes capta ciuitate ſancta Jeruſalem·per ſalah
dinum Soldanū egipti Anno gratie Milleſimo centeſimo octuageſi=
moſeptimo·die ſcd̄a Octobris·ſub tributo ſarracenoꝝ̄ in vrbe reman=
ſerunt·Patriarcha vero Jeroſolimitanus·nomine Eraclius·atqꝫ om
nis clerus et populus latinoꝝ̄ inde receſſerūt· Nam cū ipſe ſalahdin⁹
veniens Jeruſalem vrbem a parte occidentali vallaſſet·et cōtinuis ag
greſſionibus et aſſultibus obſeſſos die noctuqꝫ impugnaret·iamqꝫ mu
ros machinis debilitaſſet·verentes ciues xp̄iani·cū ex nullo loco auxi=
liū preſtolarentur·ne hoſtes violenta irruptione vrbem occuparēt·pla=
cuit inſtanti et ineuitabili periculo cedere et ſub certis conditionibus
ſe reddere ſalahdino·vt ſcilicet redemptionis accepto precio·libere eos
qui exire vellent abire permitteret·et tūnc hee nationes vt dictū eſt mā
ſerunt· De earum ergo vita et cerimonijs pluſcula annotare duxi
haud ineptū pro noſtroꝝ̄ qui talibus non ſunt impliciti erroribus cō=
ſolatione·ad illorum vero ſuperboꝝ̄ et obſtinatoꝝ hominum verecū=
diam et confuſionem· quibus tamen eatenus nichilominus cōpatia=
mur ob eoꝝ̄ contumaciam et ꝑfidiam· quatenus nobis ip̄is ob rectam
fidem et obedientiā gratulemūr· qꝫ vtinā atqꝫ vtinā rebus et factis inte
gram cōprobemus ſemper et viuam· At in primis de grecis paūlulum
diſſeramus· Greci in primitiua eccleſia famoſi et celebres fuerūnt in
fide· p̄claras pleraſqꝫ ciuitates et inſignes eccleſias Antiocenam p̄ſer=
tim et Alexandrinā atqꝫ Conſtantinopolitanā·cū latis terminis per
tempora multa ſub eccleſiaſtica obedientia poſſidētes· Ipſi etiā quon=
dam mundi monarchiā vt neminem latet·regnāte alexandro magno
Dehinc imperiale faſtigium in oriente plurimis annis· ſed et ſummi
p̄ſulatus dignitatem·beatiſſimo petro apoſtoloꝝ̄ principe apūd An=
tiochiā ſeptēnio p̄ſidēte habūere· Dure tamē ceruicis ſp fuerūt homines
arrogātes·et vſqꝫ hodie ſancte romane eccleſie iugiter rebelles·ei⁹ aut ſa
croꝝ cōciliоꝝ determinationib⁹ atqꝫ decretis minime obtēperātes·Nā
ip̄m ſūmū pōtificē xp̄i vicariū·oēſqꝫ nos latinos tenēt excōicatos·vnde